

- 490 quando pro nobis crucis^u toleravit supplicium^v, et in Christo a beato Stephano⁹⁰, qui primus^w Christo reddidit quod accepit. Inde est quod in secunda parte agnus cernitur quasi mortuus⁹¹, Christus scilicet in cruce passus, qui venit et accepit de^x dextera sedentis librum, quando venit a morte et resurrexit a mortuis. Tunc enim aperuit^y tumulum, tunc^z aperuit discipulis suis^a sensum⁹², ut intelligerent scripturas, tunc ceperunt aperiri signacula, que^b superius memorata sunt⁹³. Signacula namque septem, septem sunt misteria passionum, ita ut in sexto^c due simul passiones accipiantur, et^d designant^d passiones fidelium^e, que sex perficiuntur temporibus, eo scilicet^f ordine, quo^g supra digessimus⁹⁴. Harum vero passionum quatuor preterite sunt, prima per Iudeos, secunda per paganos, tertia per Arrianos, quarta per Sarracenos^h, quinta generalis, quam filii Babilonis perficiunt. Sexta et septima in sexti apertione sigilli⁹⁵ perficiende sunt, ubi tamen septima non aperte exprimitur, sed tamen ex verbis infra scriptis perpenditur; in sexta vero libri parte^{k96} manifeste^l patet^m. Completis ergoⁿ sex preliis^o colligitur martyrum summa⁹⁷, centum^p quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum Israel, et post hec turba magna, *quam dinumerare nemo poterit*⁹⁸, et tunc solventur *quatuor angeli, quibus datum est nocere terre^e et mari*⁹⁹, sub^s eiusdem sexti^t apertione sigilli^u, et^v tunc post sigilli^v apertionem septimi¹⁰⁰ veniet consummatio.
- 510 [De^w tercio ordine etc.^w] Tertius ordo ecclesie^x doctorum est, inchoatus a Christo et in Christo ab apostolo Paulo, et idcirco tertia parte libri de

u) crucem C. v) fehlt C. w) primo E. x) in AC. y) folgt sibi D. z) folgt etiam AC. a) fehlt B. b-b) fehlt D. c) folgt signaculo DE. d) designabant autem BDE. e) folgt christianorum D. f) fehlt A. g) quod B. h) Agarenos BDE. i) filii et filii B. k) folgt idest sexta visione D. l) manifestius BDE. m) liquet B. n) igitur C. o) fehlt B. p) fehlt B. q) potest A; poterat BCE (Vulgata). r-r) terre marique E. s) super DE. t) sexta BE. u) signaculi AC. v-v) fehlt E. w-w) fehlt ABCE. x) fehlt B.

⁹⁰) vgl. Act. 7,57f.

⁹¹) vgl. Apoc. 5,6f.

⁹²) vgl. Luc. 24,25ff.

⁹³) Z. 117ff.; Z. 289ff.

⁹⁴) Z. 295-322.

⁹⁵) vgl. Apoc. 6,12-17.

⁹⁶) Apoc. 17ff. (vgl. 17,7-14).

⁹⁷) Apoc. 7,4ff.

⁹⁸) Apoc. 7,9.

⁹⁹) Apoc. 7,2; 9,15.

¹⁰⁰) Apoc. 8,1; 10,7.